



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

23. Dies Septemb. Vera sides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus  
non contradicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## 23. DIES SEPTEMB.

Vera fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, non  
ribus non contradicit. *S. Gregorius Hom. de  
scens.*

Fides. I. **F**acio nunc gradum à Virtutibus, quæ  
mores exornant, ad eas quæ inter Va-  
tutes sunt principes, & quia à De-  
descendunt, & ad Deum manuducunt, vocamus  
Theologicæ; quæ sunt, Fides, Spes, Char-  
tas: tres Dei Charites. Laborabit fides humana  
ut credat, quantum sit bonum Fides Divina, ne  
ipsa fides conferat, ut credas, suas vires. Ut cre-  
das, erunt pro fide fidei-jussores SS. Patres. Hos  
inter eminet acerrimus fidei propugnator, & inde-  
fessus propugnator S. Hilarius: (a) Commenda-  
dei integritatem, & Evangelica auctoritas, & Apo-  
lica doctrina, & circumstrepentium undique Hareni-  
rum otiosa fraudulentia. Stat enim fundamentum rabi-  
dum & immotum adversus omnes ventos, pluvias, tu-  
rentes, non flutibus pellendum, non stillicidii penetra-  
endum, non inundationibus subruendum; Et optimum est  
quidquid à pluribus incursum, à nullo tamen potest  
impelli. Quæ non debet credenti esse securitas, obi-  
tanta in credendo est soliditas? sed fors quætes,  
quid, & qualis sit fides? Quærenti responderet  
ore Augustini ipsa Theologia. (b) Fides appella-  
ta est ab eo quod sit: due syllabæ sonant, dum dic-

[a] *L. 2. de Trinit.* [b] *In Joan. serm. 22.*

tur fides, prima syllaba est à facto, secunda à dicto. Interrogo  
ego, utrum credas? Dicis, credo. Fac quod dicas, & fides  
est. Itaque juxta hodiernam tesseram; si non contra-  
dicis vita, quod dicis lingua, credo te credere, quæ  
fides proponit credenda.

II. Quid refert credere verum, si nos simus fal-  
si? Quid conducet, ad salutem te credere, divitias  
de spinas, quod Christus docuit, si tu illas expertas  
trofas? si vere crederes, tantum deberes horrere,  
abundare divitiis, quantum times pungi spinarum  
oculis. Quid tibi conferet, si credas omnem qui se  
humiliat exaltandum, si tu plus ardeas exaltari,  
quam ullus timeat humiliari? Vera fidei professio,  
et eorum, quæ suadet, executio. Tunc te verum  
Christianum protestaris, dum juxta doctrinam  
Christi, operaris. Omnes per fidem credunt vera,  
sed oportet te credere verè. Credis, oportere nos  
permultas tribulationes intrare in regnum Dei: &  
interim tribulationes detestaris, ut persecutions.  
Si credis, tribulationem esse clavem cœli, cur illam  
manibus abjicis, nec secus metuis auream illam cla-  
vem, quam tales funestam aliquam cladem? Quid  
prodest scire viam cœli, si non abulamus? A te quæ-  
sto: quid utilius tibi, nolle benè operari, aut Dæmo-  
nibus non posse? Perinde est in plerisque nosse, &  
non posse: inquit tibi pernitiosius est, nosse cum pos-  
sus. Dæmones credunt, & contremiscunt: Tu timen-  
dum multa credis, & non tantum non tremis, sed inter  
terribilia gestis?

III. Si credis magnitudinem Divinæ Bonitatis,  
cur erga Deum non es bonus, sed contra Deum ma-  
lus? Si credis, te posse quovis momento operari

æternum gloriae pondus, quid langues, & jactes  
 opere, ut truncus? Stupebat tantam delitudinem  
 dentium Philippus Nereus: cui familiare erat dicitur:  
 Fieri ne potest, ut homo credens in Deum, possit in  
 aliud, quam Deum? Hoc omni stupore majus, haec  
 nem non tantum amare aliud quam Deum, sed etiam  
 re ferè quidvis præter Deum. Quæ major posse  
 esse insania? Credis sycophantæ promittenti, ca-  
 latori fidei blandienti: & non credis Fidei, cu-  
 quo sunt verba, tot sunt veritatis pronuntiata, Cu-  
 mæ major irreverentia, quam credere homini, cum om-  
 nis homo sit mendax, & qui falli possit, & fallere  
 leat, & non credere Deo, qui est Veritas, loquuntur  
 utilia, promittenti optabilia, minitant horribiliter.  
 Quomodo te excusabis à mendacio, & tibi ipse imponis,  
 cùm toties jactes, te certissimè credere  
 gloriae, quam in cœlis expectas particulam minime  
 pluris æstimare, quam totius orbis imperium: &  
 men, ut tantum bonum consequaris, nolis vel min-  
 imæ renuntiare voluptati, nec ullam vim, ut te  
 neges, inferre voluntati, nec vel exilem suffere  
 Iorem, vel tenuem subire laborem: cùm tamen pri-  
 rebus caducis, & perituriis labor quivis gravissimus,  
 non tantum tibi non sit durus, sed nullus. Itaque  
 des, quæ in se est didactica, in te sit practica. Vis hu-  
 bere irrefragabile argumentum, unde constet te credenda credere?

*Credis si spernū, bona qua præsentia cernū.*